

## Statuta      Theodrici.      lxxij.

bonorum aliorum ex parte ipsorum et nomine de-  
ducant. et nihilominus per iuramentum de-  
ducantis bona huiusmodi comprobent. dictarum  
personarum ea bona esse nullis alijs vinis  
seu bonis intermixtis. quorum nomine deser-  
runt. Dicti etiam thelonarii nostri qui nunc  
sunt et qui in posterum per nos creabunt. iu-  
rabunt in capitulo Coloniensi vel super iura-  
mento alibi prescripto de premissis observa-  
dis dabitur scriptas aptas. depositionis et sta-  
tutorum penas subituri si prius fecerint  
ut in articulo proximo est expressum.

### De testamentis.

Adiungentes premissis quod quilibet presbiter  
et clericus noster civitatis et diocesis  
Coloniensis predictarum coram duobus vel tribus  
testibus fide dignis suum testamentum seu  
ultimam suam voluntatem de bonis suis qui-  
buscunque libere valeat ordinare. habeatque  
testamentum et voluntatem huiusmodi. et ipsorum  
executionem absque cuiuscunque impedimen-  
to vel obstaculo. robore plenitudinem  
efficacem.

### De visitatione.

Et ne clericus civitatis nostre Coloniensis pe-  
culiari munificencie nostre gaudeat progra-  
tuita ipsi si nos eos visitare contigerit.  
ab hinc ad sexennium. procuraciones re-  
mittuntur per prelatos. Insuper ut statum prela-  
torum et cleri noster civitatis et diocesis  
Coloniensis predictarum. per nos verius quod sum-  
me appetuntur consilium. iugiter memoria pre-  
sentetur idem status. presentibus declarantur  
prelatos portos civitatis et diocesis Colo-  
niensis predictarum auctoritate ordinaria. non  
posse aliter conveniri nisi coram nobismet  
ipsis. et secundum eorum consuetudinem hactenus ob-  
servatam. Quod canonici ecclesiarum colle-  
giatarum civitatis Coloniensis ab officiali  
nostro et alijs ordinarijs iudicibus ad de-  
canos suos pro quibuslibet causis conveni-  
ti remitti debeant. hoc petentes nec alias

auctoritate ordinaria iudicari valeant.  
nisi in defectu iustitie per decanos et ca-  
pitula expedite reddende secundum eorum con-  
suetudinem hactenus observatam. Et quia  
prochdolorum novis machinationibus laici  
clericis de die in diem amplius sunt in-  
festi contra novos morbos. nova medica-  
menta cogimur preparare. Idcirco ad exi-  
mendum clerum nostrum in premissis et libertatibus  
eundem. Statuta predecessorum nostrorum vo-  
lumus recenseri corrigi et emendari. ad-  
dendo et subtrahendo et etiam acuendo  
penas in eis contentas. pro clerici vultus  
hoc suadebit. Officiales nostrum qui  
pro tempore fuerit executioni dictorum sta-  
tutorum efficaciter et fideliter deputa-  
turi. nec per nos nec per dictum officialem seu  
quocunque alium huiusmodi executionem revo-  
caturi vel etiam relaxaturi simpliciter vel  
ad tempus. nisi lesio secundum eorundem statuto-  
rum tenore fuerit satisfacta. Insuper etiam  
vobis omnibus et singulis bona fide pro-  
mittimus per presentes. quod vos singulos et  
universos tam in personis quam rebus redi-  
ditibusque provenientibus et obventioni-  
bus vestris quibuscunque omnibus mor-  
dis quibus poterimus defensabimus et  
tuebimur et conservare studebimus ef-  
fective. Et quod contra lesores et iniuriato-  
res vestros ac libertatum et immunitatum  
vestrarum turbatores cuiuscunque status  
aut preeminentie existant. et presertim con-  
tra eos qui de bonis vestris que per loca  
quocunque negotiationis causa munime  
deferuntur. Thelonia pedagia exco-  
quent seu vedigal. duriori qua poterit  
mus acrimonia. brachijque nostri secula-  
ris potentia procedemus. dum super his per  
aliquem vestrum in premissis lesum fue-  
rimus requisiti. Et quia ex conquestio-  
nibus vestris nuper accepimus. quod eccle-  
sie monasteria et persone ecclesiastice  
nostre iurisdictionis in suis curribus  
per dominos temporales ac interdum  
per nostros officiatos in vecturis et al-  
ijs oneribus plurimum pregravantur